

**Q. XI.** An in DEO Mejusque voluntatem aut decreta cadat mutatio? **N** contr. Vorst, & al.

§. 1. Sociniani DEO mutationem tribuunt ratione intel- Antith.  
ligentiae & ratione voluntatis, sicut Socinus part. 3. de Christo c. 3. DEUM saepe rescindere ait suam sententiam. Et l. suasor. de capess. relig. Photin. p. 13. eos perire posse, quos Deus saluti destinaverit, & servari, quos perdere decreverat. Vorstius tr. de DEO p. 189. eos non satis circumspectè loqui dicit, qui Deum ut essentia sic & voluntate immutabilem asserunt. Gemina habet Episcopus Arminianus l. 4. Instit. c. 20.

§. 2. Sed Deus in se, in sua essentia, scientia & voluntate est immutabilis Malach. III. 1. Ego DEUS & non mutor. Exod. III. 6. sum qui sum &c. semper sum ab aeterno, in aeternum sine ulla mutatione. Apud quem nulla παραλλαγή Jacob. I. 17. Ipsius est semper esse. Psalm. CII. 27. Thes. conf.

§. 3. Decreta Dei considerantur tripliciter, vel in sensu Annotatio  
identico, quâ identificantur cum Deo & sunt ipse Deus discernens. Vel 2. qua notant res decretas vel objectum decretorum. Vel 3. qua sistunt relationem & determinationem voluntatis divinae ad res volitas. Primo sensu nullam omninò habent mutabilitatem vel mutationem. Secundo sensu habent citra conversionem. In tertia significatione, qua relatio talis terminatur in objectis, objectivè & terminativè quoq; mutationem admittunt, sed extra Deum, unde rectè dicitur, mutationem adverti à parte volitorum aut in ipsa habitudine, non à parte DEI volentis, propriè: Quod autem Deo pœnitentia tribuatur, fit ἀνθρώπου παθῶς. De λόγῳ quod dicitur mutatus ante simplex nunc σύνθετος factus, non in se est mutatus, carnem enim suscepit ἀπέπτως, ἀσυνχυτως vid. Metaph. nostr. part. spec.

**Q. XII.** An DEVS sit causa peccati per se vel per accidens? **N**.

§. 1. Veteres haeretici, utpote Simonitæ à Simone Mago Antith.  
dicti, B 3